

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Chalcedonensi concilio, & eius congregandi causa. Caput II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

Martianum firmè re ipsa tenuisse scribit Procopius. Sed omissis illis, quæ sunt ab instituto aliena, ad historiam redeamus. Iste quidem Martianus, sicut pietate erga Deum, sic iustitia erga subiectos admodum excelluit. Diuitias putauit, non quæ sunt conditæ in thesauro, aut ex tributis collectæ, sed eas solum, quæ possint tū his, qui opis indigent, subsidio esse, tum illis, qui multa possident, vitam turam se curamque præstare. Suis erat formidini non in puniendo, sed ne aliquando puniret: ac propterea imperium ei fuit non haereditas, sed virtutis præmium: quod quidem consecutus est suffragijs omnium tam senatorum, quam aliorū, cuiuscunque fortune & conditionis essent, idque Pulcherrima illis idem ipsum suadente: quā tametsi in domum suā ascivit, ut imperatricem, tamen cum ea, vt pote quæ virgo ad summam manserit senectutem, nunquam rem habuit. Ista confecta fuere, cum Valentinianus Romanus imperator, nondum quidem Martiani electionem confirmauerat: qui tamen postea propter hominis virtutem, ei suffragatus est. Martianus igitur magnopere cupiebat, ut cōmuniis honos ab omnibus Deo tribueretur, & linguae, quas impie-
tas confusione quadam refererat, iam pie inter ipsas concordantes sacrum eius numen vno eodemque laudationis genere percelebrarent.

De Chalcedonensi concilio, & eius congregandi

causa. Caput II.

Martiano igitur ista in animo habenti, accedunt tum illi, qui Leonis antiquioris Romæ episcopi respon-
sa ad alios perferre solent, docentque Dioscorum de-
cisionem Leonis in secundo Ephesino concilio rectam sa-
namque doctrinam præscribentem repudiasse, tum alij, qui
erant à Dioscoro iniurijs & contumelia affetti, orant quo
ut de ipsorum rebus concilium dijudicaret. Quod qui-
dem ab imperatore maximè omnium contendit Eusebius
Dorylæensis episcopus, ostenditque tūn se, tum Flauianum
fraude et fallacijs Chrysaphij Theodosij Satelli-
tis abdicatum fuisse: quod Flauianus Chrysaphia
zurum pro eius ad episcopatum ordinatione postulan-
ti, sacra ecclesie vasa, quæ eum pudore suffunderet,
misisset,

EVAGRII HISTORIAE

misisset, quodq; Chrysaphius in simili errore & pravitate cum Eutychē versaretur. Ait pratera Flauianū miserandum in modum à Dioscoro interfecitū per vim ab eo ecclesia extrusum, & calcibus verberatum. His de causis concilium Chalcedoni coactum est: nuntijque ac tabellarij mis-
si: sacerdotes per literas plenas pietatis vndique acciti. Ac primo Nicāam, adeò ut cum Leo episcopus Romanus ad eos literas daret, per Pascasianum, Lucentium, & ceteros, quos eò ad suum locum supplendum miserat, eas sic inseri beret: **EPISCOPIS NICEAE CONVOCATIS**, postea autem Chalcedonē urbem Bithyniæ, quò Nestorium etiā accersitum Zacharias rhetor affectione quadam animi in-
ductus narrat. Verùm rem minime ita se habere argumen-
to esse potest, quòd Nestorius cōcilio penitus per anathēma interdictus fuit. Quod etiam perspicue declarat Eustathius episcopus Beryti per literas, quas tum ad Ioannem episcopum, tum ad alterum Ioannem presbyterum dete-
bus in eo concilio agitatis dedit: sic enim scribit. Huc ad-
uentarunt, qui Nestorij reliquias sedulo conquerunt, &
contra concilium ita cōperunt vociferari: quid est, quam,
obrem sanctis viris denuntietur anathema: sic vt impera-
tor rem grauiter & acerbè ferens, iussit satellitibus, vi,
eos inde procul expellerent. Quomodo igitur Nestorius,
qui hinc demigrauerat, sit accersitus, non possum equi-
dem dicere.

*Templi sanctæ martyris Euphemiae apud urbem
Chalcedonensem descriptio, & editorum in
illo miraculorum commemoratione.*

Capit. III.

ITaque congregantur episcopi in sacro Euphemia martyris téplo, quod Chalcedoni urbi Bithiniæ locatū est.
Abest autem hoc templum à Bosphoro amplius duobus stadijs, situm in loco quodam amēno, qui adeo pau-
latim erigitur in acclivitatem, vti ascensus perfaciles mini-
meque molestos præbeat ad templum martyris accedenti-
bus: qui quidem videntur sibi de repente in sublime subla-
ti, atque adeo intra ipsum templi Sanctuarium versati.
Vnde tanquam specula oculos deiicientes, campos omnes

substa-